



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XVIII. Bischof Gottfried von Schwerin genehmigt, daß die Mönche zu Röbel nach der Neustadt Röbel, Havelbergscher Diöcese, und die Nonnen von hier nach Malchow ihren Sitz verlegen, da der Bischof von ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

ornamentis seu aliis necessariis manus adiutrices porrexerint vel quicquam facultatum suarum in extremis legauerint, donauerint, miserint per se uel alios quocumque modo licito procurauerint eisdem; Nos de omnipotentis dei misericordia, gloriose semper virginis Marie, beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Singuli nostrum Singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocefani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum Rome, anno Domini M^o. CC^o. nonagesimo quinto, pontificatus domini bonifacii pape VIII. anno primo.

Nach dem vom Königl. Regierungsrathe von Minutoli mitgetheilten Originale.

XVIII. Bischof Gottfried von Schwerin genehmigt, daß die Mönche zu Röbel nach der Neustadt Röbel, Havelberg'scher Diöcese, und die Nonnen von hier nach Malchow ihren Sitz verlegen, da der Bischof von Havelberg beide von seiner Diöcesanschaft befreiet habe, im Jahre 1298.

In Dei nomine Amen. Godefridus, Dei gratia Episcopus ecclesie Zwerinensis, — Considerantes — utilitatem et commodum tam dilectorum filiorum Prioris et conuentus fratrum ordinis predicatorum in Robele, nostre dioecesis, quam et sanctimonialium de ordine penitencium nove ciuitatis Robele, Havelbergensis dioecesis, in spiritualibus pariter et temporalibus, que consequi poterunt ex eo, quod dicti prior et conuentus ad locum predictorum sanctimonialium de nostra dyocesi transeant et memorate moniales Malchowe se transferant, habitationes et claustra habituri perpetualiter utrobique, annuimus, quatenus fratres sepedicti et sanctimoniales huiuscemodi transitum habeant pro ipsorum fructu et commodo ampliori, maxime cum in Christo venerabilis pater, Dominus Johannes, Havelbergensis episcopus, ipius Christi virgines et ipsarum prepositum a sua diocesi et obedientia duxit perpetuo dimittendas. Preterea ut iugis nostri et predecessorum successorumque nostrorum Zwerinensium Episcoporum apud easdem sanctimoniales habeatur memoria, Ecclesias utriusque Malchowe et Lexowe, quarum jus patronatus Nobilis vir Nycolaus de Werle ipsis donauit, dicto cenobio donamus de Consensu capituli nostri donatione perpetuis temporibus valitura, ita tamen, quod dictus conuentus et prepositus nobis obedire teneatur et successoribus nostris, sicut dictarum ecclesiarum plebanus hactenus obediuit, iuribus etiam episcopalibus in omnibus saluis. Testes hujus rei sunt: Ludolfus de Bulowe Canonicus Zwerinensis, Hako Lubecensis Canonicus, Johannes Babbe, Godefridus Bulowe, milites, cum pluribus fide dignis. Datum sub sigillo nostro per manus Notarii nostri Johannis de Luttekenborch Zwerinensis Canonici, VI. feria festi Pentecostes, anno Domini M. CC. nonagesimo octavo.

Vollständig in Schröders papist. Mecklenburg S. 845.

XIX. Geleitsbrief mehrerer Vasallen des Nicolaus von Werle für Ritter Konrad Wolf zu einer Verhandlung in Wredenhagen.

Sirenuo militi et honesto, Domino Conrado lupo, Dominus prisenbur, Dominus Johannes de owe, Dominus theodericus Kufgart, dominus bernd de havelberg, dominus otto